Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 957
Quelle:
Copyright:

li — in ſolo fundamenta, quam non habet noſter. C. LIV. nobis L. neſcio, an non aptius cum noſtro legatur: *de diſtinguenda vi diuinę iracundię*, quam cum impreſſis: *de extinguenda divina iracundia;* maxime ſi concluſio hujus C. perpendatur. C. LVII. nobis LIII. initio nec *de viſione ſcientiæ*, nec *de diviſione ſcientiæ* quidquam valet, ſed prout noſter legit: *de viſione diuinę eſſentię.*

A *Fol.* 65. p. 2. *Incipiunt capitula libri leuitici.* Numero nobis juxta et Pariſinis XV. C. XI. plus quam 10. lineis nobis prolixius eſt; a fine enim ſic procedit: *In expoſitione teſtimonii libri numeri inuenies integram ſententiam ubi dicit de rufa uacca — caritas ad ultimum multiplicatur.* Variat et in aliis frequenter lectio.

A *Fol.* 73. p. 2. *Incipiunt capitula Libri numeri.* Nobis et Pariſinis XXIV. C. XXI. nobis finitur: *qui cadens apertos habet oculos.* In impreſſis plus quam 9. lineis ulterius excurrit.

A *Fol.* 85. *Incipiunt capitula libri deuteronomii.* Pariſini XXVIII. nos XXIV. numeramus. C. XVII. *de remittenda proximorum injuria* nobis deeſt. C. item XIX. et XX. breviſſima. Denique et XXIII.

A *Fol.* 94. *Incipiunt capitula libri ihesu naue.* Cenſentur tantum II.

A *Fol.* 95. p. 2. *Incipiunt capitula libri iudicum.* Sunt numero VIII. Maxime et hic et alibi ingreſſus *Capitum* ab impreſſis differunt.

A *Fol.* 100. *Incipiunt capitula libri regum ex ordine facta.* Sunt vero Libri I. Pariſinis numero XV. nobis uno pauciora, et quidem ob defectum *primi.* C. VII. nobis VI. ſub initium melior eſt noſtra lectio: *de bono humilitatis*, quam Pariſina, *de bono obedientiæ.*

A *Fol.* 107. *Incipiunt capitula libri regum ſecundi.* Utrinque XV. Finis C. XI. Pariſinis: *non vult vindicare*, nobis: *non vult videri.*

A *Fol.* 116. *Incipiunt capitula libri III.* Pariſinis numero XIII. nobis XIV. nam C. *ultimum* nobis in duo ſectum eſt, Capite novo ab illis verbis: *Is qui uitam reprobam non vitat* (nobis *non mutat*) exordiente.

A *Fol.* 122. p. 2. *Incipiunt capitula libri Regum. quarti.* Horum cum Pariſinis XI. numeramus.

A *Fol.* 127. p. 2. *Incipiunt capitula. In libro Pſalmorum.* Elenchus Pariſinus horum CCLXXXVII. noſter vero tantum CLXXXV. prodit. Itaque noſtro deſunt ſequentia: 5. 7. 9. 11. 12. 16. 17. 19. 24. 27. 33. 35. 37. 43. 44. 45. 50. 51. 55. 56. 60. — 62. 73. 74. 76. 82. 90. 98. 101 — 104. 123. 124. 128. 133 — 135. 147. 149. 157. 158. 161. 168 — 170. 174. 179. 181. 185. 192 — 194. 196 — 199. 200 — 202. 205. 207. 210 — 212. 215. 218. 220 — 222. 225. 228.